

et quia ista erant manualia, manualiter contulit ecclesie, quia sine communi iurisdictione imperii, sed de mera camera imperatoris^k, ut contingit de omnibus regibus, quod habent specialia, que sunt preter iurisdictionem communem regni. Sicut ergo imperator non potest se
 25 intromittere de Urbe, quia hoc Constantinus vetat in cap. *Constantinus* dist. XCVI^l⁴, item nec de patrimonio, quia sunt manualia ecclesie, ut patet LXIII dist. cap. *Tibi*, ubi est forma iuramenti imperatoris⁵, sicut forma iuramenti episcopi traditur Extra *De iureiurando* cap. *Ego*⁶, ita^m nec de regno Apulie, quia manuale ecclesie est. Et inde forte fuit motus
 30 Innocentius III. in fine illius decretalis, inⁿ qua deposuit Fredericum, de qua infra tertio titulo dicitur^o, quod dictum *regnum esset^p speciale patrimonium beati Petri*⁷. Et ex eadem ratione insule dicuntur ecclesie, quia^q peculiares erant^r imperii. Unde ad ipsas tamquam ad carceres damnatos mittebant, ut de Sardinia et Corsica patet per omnes histo-
 35 riarum scriptores⁸ et de quibusdam insulis maris Pontici, ad quas missus fuit beatus Clemens tamquam damnatus propter nomen Christi⁹. Invenitur etiam in gestis beati Silvestri, quod Constantinus ob reverentiam matris sue donavit ecclesie specialiter insulam Sardinie et Sicilie,

k) imperatorum V ₂ .	l) XXVI R.	m) fehlt V ₂ .	n) fehlt V ₂ .	o) dicit
V ₁ .	p) est V ₃ R.	q) qui V ₃ .	r) fehlt V ₃ .	

manualis erat ecclesie, tradita Romane ecclesie per Constantinum imperatorem et Carolum magnum. *Ebenso Historia ecclesiastica nova* (wie Anm. 2) XVIII 44, 40, S. 436 Z. 7-10, S. 433 Z. 11ff. In der *Determinatio compendiosa* kommt der Begriff nicht vor, ebenso wenig bei Livius, *Ab urbe condita* XXI-XXX (2. Punischer Krieg) und Orosius, *Contra paganos* (wie Anm. 1) IV 16ff. (Kämpfe in Unteritalien während des 2. Punischen Kriegs).

4) *Decretum Gratiani* Dist. 96 c. 14 § 6, 1 Sp. 344f. Dekret und Dekretalen werden zitiert nach *Corpus iuris canonici* 1: *Decretum magistri Gratiani*, 2: *Decretalium collectiones*, hg. von Emil FRIEDBERG (1879-1881).

5) *Decretum Gratiani* (wie Anm. 4) Dist. 63 c. 33, 1 Sp. 246.

6) *Liber extra* (wie Anm. 4) II 24 c. 4, 2 Sp. 360.

7) *Liber sextus* (wie Anm. 4) II 14 c. 2, 2 Sp. 1010.

8) Vgl. *Chronograph des Jahres 354*, in: *Chronica minora saec. IV. V. VI. VII.*, hg. von Theodor MOMMSEN (MGH Auct. ant. 9, 1892) S. 74f.; Vinzenz von Beauvais, *Speculum historiale libri XXXI*, hg. von Opera Benedictinorum Collegii Vedastini (Douai 1624) XX 105; *Historia ecclesiastica nova* (wie Anm. 2) III 27, VIII 22, IX 12, S. 64, 173f., 185.

9) Vgl. Martin von Troppau, *Chronicon pontificum et imperatorum*, hg. von Ludwig WEILAND (MGH SS 22, 1872) S. 410 Z. 21; *Historia ecclesiastica nova* (wie Anm. 2) II 11, S. 30.